

1917.

1313 d. 11 April.

Wreta.

Abbedissan KATARINA och KONVENTET i Wreta kloster underrätta Skrukeby församlings invånare, att Kaniken i Linköping, Filip Rangvaldsson, med klostrets bifall, fått Skrukeby församling till annex. (Jfr. N. 1912, 1915, 1923).

Registr. Eccl. Lincop. perg. fol. 111.

Omnibus parrochianis in skrukubj KATHERINA abbatissa de Wretis totusque CONUENTUS ibidem Salutem in domino sempiternam Tenore presencium vobis notum facimus vniuersis nos discreto viro domino philippo Rangwalson Canonico Lincopensi plenum nostrum consensum dedisse et assignasse vt ecclesiam skrukubý tanquam annexam pacifice possideat et quiete Quare vos omnes et singulos instanter requirimus quantum possumus sane consulentes Quatenus in eundem dominum philippum nostre petitionis intuitu et amore vnanimiter consentire velitis. ipsum gratanter et beniuole colligentes Datum wretis Anno dominj M° CCC° XIII feria quarta proxima ante cenam dominj In cuius rei euidentiam pleniorum sigillum nostrum presentibus est appensum.

1918.

1313 d. 21 April.

Arnö.

Ärkebiskop NILS och KAPITLET i Upsala meddela Kyrkoherdarne Gerhard och Mathias i Husabytrögd och Näs en afskrift af Páfven Clemens V:s bulla om peterspenningens insamlande, och befalla dem, att, båda eller endera, besöka Biskop Styrbjörn i Strengnäs och anmana honom, att inom en månad insända den under flera år i hans stift uppburna peterspenningen, med behöriga räknenskaper, samt i annat fall offentlig förkunna bannlysning öfver honom.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

NICOLAUS miseracione diuina Archiepiscopus, et CAPITULUM VPSALENSE exequutores deputati a sanctissimo patre nostro domino Clemente papa quinto, ad petendum, exigendum et recipiendum pecuniam de denario beati petri ecclesie Romane in regno Suecie debito dilectis in christo filiis, Gerardo et Mathie husabytrogh. et nes ecclesiarum rectoribus In domino dileccionem et salutem, Noueritis nos litteras sanctissimi patris ac dominj nostri, dominj Clementis diuina prouidencia pape quinti, non rasas non abolitas nec in aliqua sui [parte] uiciatas, sed omni suspicione carentes recepisse in hec uerba, CLEMENS Episcopus seruus seruorum dei &c *Se föreg. N:o 1645.* Cum igitur nos [et] Capitulum frequenter et sufficienter monuerimus venerabilem patrem dominum Styrbernum Episcopum Strengianensem ut nobis pecuniam de denario beati petri in dyocesi Strengianensi pluribus annis collectam cum suf-